



# BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

## OBISPADO DE OSMA.

Se publica el 1.º, 10 y 20 de cada mes. Se suscribe en la Secretaría de Cámara y Gobierno á 6 rs. trimestre. Se vende á real el número suelto. No serán atendidas las reclamaciones de números, pasados 15 días desde la publicación del respectivo. Toda comunicación se dirigirá: *Al Director del BOLETIN ECLESIASTICO del Obispado de Osma.*

Después de haberse publica lo traducida al castellano la Alocucion pronunciada por S. S. en el Consistorio de 20 de Diciembre último, ha recibido nuestro Illmo. Prelado el testo latino de la misma, el cual se inserta á continuación.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX ALLOCUTIO  
HABITA IN CONSISTORIO SECRETO DIE XX DECEMBRIS MDCCCLXVII.

*Venerabiles Fratres:*

Dives in misericordia Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, mœstis rebus jucunda permiscet, Venerabiles Fratres, ut in Eo semper sperantes, nullisque deterriti difficultatibus pergamus a lacriori usque animo justitiæ iter insistere, et Ecclesiæ suæ sanctæ causam impavide propugnare, omnesque vires ad Apostolici ministerii Nostri partes explendas intendere. Omnes profecto vident, quanta divinæ suæ bonitatis argumenta præbere dignetur clementissimus Dominus inter gravissimas calamitates, quibus in hac tanta temporum iniquitate ubique afflictaur Ecclesia, et hæc Apostolica Sedes premitur, atque inter maxima, quibus undique cingimur, pericula. Et

sane dum Satanas ejusque satellites, et filii horrendis quibusque modis contra divinam nostram religionem, contra Nos, et hanc Petri Cathedram furere, et sævire, ac infelicissimæ Italiæ populos, ex parte longe maxima Nobis devotissimos, divexare non cessant, misericors, ac miserator Dominus miris ostentis adest Ecclesiæ suæ, adest Nobis, et omnipotenti sua auxiliatur virtute. Enimvero, Venerabiles Fratres, omnes catholici orbis Sacrorum Antistites arctissimo fidei, caritatisque vinculo Nobis, et huic Sanctæ Sedi in dies obstricti unanimes, et id ipsum sentientes qua voce, qua scriptis rei catholicæ causam defendere, et Nos, et hanc Apostolicam Sedem omni ope juvare non desinunt. Atque etiam laici viri in magnis, publicisque per Europam congressibus suam attollunt vocem ad catholicæ Ecclesiæ, et hujus Sanctæ Sedis jura tutanda, et ad civilem Nostrum, ejusdemque Sedis Principatum vindicandum. Quæ ejusdem civilis Principatus causa in Parisiensi præsertim Senatu, et in Collegio legibus ferendis nuper fuit unanimis prope suffragiis ac sententiis splendide et magnifice propugnata, bonis omnibus plaudentibus et exultantibus. Catholici autem populi abominandam inimicorum nostrorum perfidiam, vehementer detestantes publicis, ac splendidis significationibus filialem suam erga Nos, et hanc Sanctam Sedem pietatem et venerationem declarare, et continuis largitionibus Nostras, ejusdemque Sedis angustias sublevare gaudent, atque utriusque sexus fideles, licet pauperes, suo ære Nobis opitulantur. Ac præsto sunt inter Ecclesiasticos, Laicosque Viros tam clarissimi Scriptores, qui suis operibus, tum disertissimi oratores, qui suis sermonibus in publicis quoque conventibus veneranda, et inconcussa justitiæ, veritatis, et hujus Apostolicæ Sedis jura diligenter, sapienterque defendere, et adversariorum mendacia refellere summopere gloriantur. Quamplurimi autem viri nobilissimo etiam genere nati ex omnibus fere regionibus religionis causa excitati, propriis familiis, ac etiam uxoribus, filiisque relictis, ad hanc urbem certatim concurrunt, et omnibus despectis incommodis ac periculis, Nostræ militiæ nomen dare, et pro Ecclesia, pro Nobis, ac pro civilis Nostræ, et hujus Sanctæ Sedis Principatus defensione vitam ipsam profundere non dubitant. Nec desunt catholici parentes, qui religionis spiritu incensi

filios suos etiam unigenitos ad hujus Sanctæ Sedis causam tuendam mittunt, et illustre Machabæorum matris æmulantes exemplum, illos pro hac causa sanguinem fudisse gloriantur et gaudent.

Accedit etiam, ut populi civili Nostræ ditioni subjecti, quamvis nefariis omnis generis insidiis, minis, damnisque a perditissimis hominibus exagitati, tamen stabiles et immoti in sua erga Nos, et hanc Sanctam Sedem fide permaneant. Quos inter profecto eminent Romanus Populus Nobis penitus dilectus, summisque laudibus decorandus, cum fere omnes cujusque ordinis, gradus et conditionis hujus Almæ Urbis cives singulari Nos affectu et obsequio prosequi ac civili Nostro et Sanctæ hujus Sedis Imperio obtemperare, Nobisque succurrere summopere gestiant. Nostis autem, Venerabiles Fratres, qua fidelitate Nostri milites omni certe laude dignissimi excellent, et qua admirabili virtute ipsi contra scelestissimorum hominum turmas depugnarunt, et quanta cum gloria in acie mortem pro Ecclesia occubuere. Ac probe scitis, Serenissimum ac Potentissimum nobilis et generosæ Galiæ Nationis Imperatorem gravissima Nostra considerantem pericula, strenuos suos misisse milites, qui cum præstantissimis eorum Ducibus omni alacritate et studio in Nomentano præsertim, et Eretino certamine Nostris militibus auxilium dare, et cum ipsis fortiter dimicare, et pro hac Sancta Sede cum summa sui nominis laude mortem oppetere lætati sunt. Neque ignoratis quomodo in sacrarum præsertim expeditionum regionibus, Deo auxiliante, divina evangelii lux quotidie magis effulgeat, ac sanctissima nostra religio majora incrementa suscipiat, et sedentes in tenebris et umbra mortis, depulsa mentis caligine, ad sanctæ matris Ecclesiæ sinum confugiant, et quomodo ubique varia pia instituta quibusque christianæ, civilisque societatis classibus et necessitatibus vel maxime utilia in dies augeantur.

Quæ quidem omnia a Nobis breviter commemorata, ac multiplices impiorum hominum insidiæ miro modo detectæ, ac dissipatæ luculenter ostendunt, quomodo omnipotens, et misericors Dominus, in cujus manu sunt hominum corda, Ecclesiam suam mirifice tueatur, defendat, et evidentissime confirmet, inferi portas nunquam adversus eam esse prævalituras, Ipsumque Nobiscum esse omnibus diebus

usque ad consummationem sæculi. Itaque, Venerabiles Fratres, maximas, ac immortales clementissimo misericordiarum Patri pro tot acceptis beneficiis semper agamus gratias, omnemque spem, et fiduciam in Eo unice collocantes non desistamus ferventissimis precibus Ipsum exorare, ut per merita Unigeniti Filii sui Domini Nostri Jesu Christi pergat Ecclesiam suam ab omnibus eripere calamitatibus, ac Nos liberare a Nostris, Suisque inimicis, eorumque impia consilia et desideria confundere, et dissipare. Atque etiam Eum deprecemur, ut eosdem inimicos atque etiam illos, qui contra Nos pugnantes in Nostrorum militum potestatem redacti, omnique caritate a Nobis tractati in sua pertinacia persistunt, ad salutarem pœnitentiam, ac rectum justitiæ tramitem reducere dignetur. Quo vero facilius annuat Deus precibus nostris, deprecatores apud Eum indesinenter adhibeamus primum quidem Immaculatam Deiparam Virginem Mariam, quæ omnium nostrum est amantissima mater, ac potentissimum christianorum auxilium, quæque *quod quærit invenit, et frustrari non potest*; deinde vero Beatissimum Petrum Apostolorum Principem et Coapostolum ejus Paulum, omnesque Sanctos Cælites, qui cum Christo regnant in cælo. Antequam vero dicendi finem faciamus Nobis temperare non possumus, quin meritas, amplissimasque laudes tribuamus, et gratissimi animi Nostri sensus iis omnibus, et singulis profiteamur, qui Nostram, hujus Sanctæ Sedis, Ecclesiæque causam tum voce, tum scriptis, tum subsidiis, tum alia quavis opera, ac vel ipsius vitæ discrimene tanta cum sui nominis gloria propugnare contendunt. Atque haud omittimus in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione Deum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, humiliter enixeque precari, ut istos omnes Ecclesiæ suæ filios Nobis carissimos, ac strenuissimos ejusdem Ecclesiæ defensores uberrimis quibusque divinæ suæ gratiæ donis omnibusque cælestibus suis benedictionibus cumulare velit.

### **OBISPADO DE OSMA.**

**AUTO DE EXTINCION DE LAS CAPELLANÍAS Á QUE EL MISMO SE REFIERE.**

En la villa del Burgo de Osma á treinta de Enero de mil ochocientos sesenta y ocho el Illmo. Señor Dr. D. Pedro María Lagüera y Menezo,

Obispo de Osma, por ante mí el infrascrito su Secretario de Cámara y Gobierno, dijo: Que, en virtud de lo dispuesto en el artículo 11 de la Instrucción de 25 de Junio de 1867, para llevar á efecto el Convenio celebrado en 16 de dicho mes, entre S. M. y el Sumo Pontífice sobre Capellanías colativas y otras fundaciones piadosas, debía declarar y declaraba completamente extinguidas todas aquellas de cuyos bienes tratan los artículos 1.º y 2.º del mencionado Convenio; y que, en su consecuencia, las fincas, censos y demás propiedades que constituían el capital de las mismas debían ser considerados en lo sucesivo como seculares y propios de las familias á quienes se hayan adjudicado ó adjudiquen, las cuales quedan no obstante con la obligación de cumplir y redimir en la forma establecida las cargas eclesiásticas con que están gravadas. Así por este auto lo mandó S. S. I. el Obispo mi Señor de que certifico.—*Pedro María, OBISPO DE OSMA.—Amalio Palacio, Secretario.*

Habiéndonos consultado por algun Párroco de la Diócesis si en los dias de fiesta suprimidos pueden leerse las amonestaciones para contraer matrimonio, hemos venido en resolver afirmativamente, con tal que en dichos dias haya en la iglesia tal concurso de gente, que baste para conseguir el fin que se propuso el Concilio. Si solamente asistiesen algunas pocas personas, no podrán leerse las expresadas amonestaciones. Burgo de Osma 31 de Enero de 1868.—*Pedro María, OBISPO DE OSMA.*

*Continúa la lista de las cantidades entregadas para socorro de las necesidades del Romano Pontífice.*

Rs. Cént.

SUMA ANTERIOR... 141,775 44

DE DIFERENTES PUEBLOS.

D. Márcos Arranz, del pueblo de Quemada, 30 rs.—El Párroco de Fuentelmonge, 100 rs.—Zacarías Fe Espinosa, Párroco de Monteagudo, 60 rs.—Del cepillo de su iglesia, 9 rs. y 50 cénts.—Lázara Vermudez, María Llorente, Josefa Utrilla, y Antonia Martínez, vecinas de id., 14 rs.—Del pueblo de Cobaleda, 40 rs.—Toribio Andrés, Párroco de Peñalba de Castro, 10 rs.—Del cepillo de su iglesia, 10 rs.—José María Saenz del Prado, Párroco de

Baños de Valdearados, por el año último, 100 rs. — Bernardo Alvarez, Coadjutor de id. 40 rs.—Del cepillo de la misma iglesia, 208 rs.—Antonio Alvarez, Párroco de Anguix, 70 rs.—Pedro Sierra Navas, id. de Recuerda, 40 rs. — Domingo Cuesta, id. de la de Santa María de Palacios de la Sierra, 30 rs. y 50 céntimos.— Pablo Ruiz, id. de Candelichera, 100 rs. — Soria P. G. S. C. por Noviembre y Diciembre, 20 rs.— Juan Molinero, Párroco de Suellacabras, 50 rs.—El Párroco de Peñalba de S. Estéban, desde Mayo hasta Noviembre inclusive, 63 rs.—Adrian del Hoyo, vecino de id. por los meses de Setiembre, Octubre, Noviembre y Diciembre, del año último, 12 rs.—Antonio Maluenda y hermanos, de id. por Octubre, Noviembre y Diciembre, 9 rs.—Victoriano Campos, vecino de id. 20 rs.—Suscripcion de varios vecinos de id. por Diciembre, 132 rs. — Guillermo Gonzalo, Párroco de Tajahuerce, 20 rs.—Del cepillo de su iglesia, 7 rs.—Mariano Olmedo, Provisor y Vicario General, por Enero, 30 rs.—El Párroco y feligreses de Ciriá, 40 rs.—1,265 rs.

TOTAL.

143,040 44

(Se continuará.)

*Al hacer el ajuste del número último del BOLETIN dejó de colocarse por olvido lo siguiente.*

### SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO.

Teniendo presente lo que se dijo en el BOLETIN de 20 de Abril del año próximo pasado respecto del precio á que por el Señor Maestro de Sagradas Ceremonias se habia vendido la Epacta del mismo año; S. S. I. ha dispuesto que la del presente se venda á diez y nueve cuartos á las fábricas y personas á quienes se vendió á treinta y dos la de aquel año; y que si algunas de estas, que serán muy pocas, no pueden ser indemnizadas de esta manera, el mismo Maestro entregue á quienes corresponda la pequeña cantidad que hubo de diferencia.

Lo que de orden de S. S. I. se publica para los efectos consiguientes. Burgo de Osma 19 de Enero de 1868.—Amalio Palaco, secretario.

### ANUNCIOS.

*Compendio de amor de la B. Margarita María Alacoque al Sagrado Corazon de Jesus:*

[ Opúsculo escrito en italiano por D. Dionisio Casassayas, Doctor en

*Sagrada Teología y Derecho Canónico y civil, Misionero Apostólico y Superior del hospicio de Tata—Giovanni de Roma:*

Traducido literalmente al español por D. AMALIO PALACIO, *Presbítero y Secretario de Cámara y Gobierno del Illmo. Sr. Obispo de Osma.*

Este opúsculo, por la unción con que está escrito, es muy á propósito para encender las almas de los fieles en el amor al Sagrado Corazon de Jesus. Su lectura no puede ménos de ser muy útil á las personas devotas, las cuales encontrarán en él los medios de corresponder fielmente á los inmensos beneficios que han recibido del adorable Corazon de Jesus.

Para facilitar la circulacion de tan interesante librito, cada ejemplar con una hermosa lámina abierta en cobre, se vende al ínfimo precio de *doce cuartos* en el Burgo de Osma, imp. y librería de la Viuda de Martialay.

---

### PRÁCTICA

Para averiguar los impedimentos de consanguinidad, afinidad y pública honestidad, dirimientes del matrimonio, por el *Lic. D. Mariano Olmedo.*

Se vende á 4 rs. ejemplar este Opúsculo en la imprenta de la Viuda de Martialay, y se recomienda como muy interesante para los Señores Curas Párrocos, Ecónomos y demas eclesiásticos encargados de la cura de almas.

---

### DICCIONARIO

De los decretos auténticos de la S. C. de Ritos por el abate Falise, traducido al castellano de la última edicion latina por D. Leon Carbonero y Sol, director de «La Cruz».

Esta obra se vende en Sevilla y provincias á 25 reales, franco el porte; y en las posesiones españolas de Ultramar á 40 rs.

Los pedidos se harán á D. Leon Carbonero y Sol, director de «La Cruz» en Sevilla, el cual, remitiéndosele el importe en libranzas, los servirá á vuelta de correo.

---

### LA ESTRELLA DE NAZARET.

Leyendas y tradiciones de tierra Santa sobre la Santísima Virgen María, tomadas con presencia de los sagrados libros y principales

escritores católicos, por D. Luis García Luna, revisadas por el doctor D. Miguel Martínez y Sanz, presbítero y capellan mayor de la del Obispo de Madrid. Edición de lujo, adornada con veinte magníficas láminas litografiadas á dos tintas, y una preciosa portada en oro y colores, dedicada á nuestro Santísimo Padre Pio Noveno: con licencia y prèvia censura de la autoridad eclesiástica.

### **BASES DE LA PUBLICACION.**

Esta obra se publica por cuadernos semanales, desde mediados de Noviembre próximo pasado, conteniendo cada uno sesenta y cuatro páginas en 4.º español, ó sean ocho entregas de impresion clara y elegante y en papel superior.

Toda la obra solo constará de dos tomos de regulares dimensiones. Costará cada cuaderno dos reales tanto en Madrid como en provincias, franco el porte: ó sea un cuartillo de real la entrega.

Pueden hacerse las suscripciones en Madrid, Centro literario, calle de Jacometrezo, 72, bajo, y en las librerías de Lopez, Escribano, Olamendi, Aguado, Lizcano y otros. Los dibujos de las láminas estan tomados de los mejores cuadros de Murillo, Velazquez y demás célebres pintores españoles. El veinte por ciento del producto líquido de esta obra se destina para aliviar las necesidades de nuestro Santísimo Padre Pio IX.

### **DICCIONARIO**

Nuevo latino—español etimológico, escrito con presencia de las obras mas notables en este género publicadas desde la época del renacimiento hasta nuestros dias, enriquecido con un gran número de voces, frases y modismos extractados de los autores clásicos, seguido de un tratado de sinónimos y de un vocabulario español-latino para uso de los jóvenes que frecuentan nuestras escuelas, por D. RAIMUNDO MIGUEL Y EL MARQUÉS DE MORANTE. Forma un grande y elegante tomo en 4.º mayor en papel é impresion de lujo, y contiene cerca de 1,400 páginas, á tres columnas. Este diccionario reúne condiciones que le hacen muy útil y recomendable, y se halla de venta en Madrid, calle de la Bola, número 11, librería de D. Agustin Jubera, al precio de 56 rs.

---

BURGO DE OSMA: IMPRENTA Y LIBRERÍA DE LA VIUDA DE MARTIALAY.